



BOLETÍN DEL CLERO DEL OBISPADO DE LEON

Resolución interesante de la S. Penitenciaría

Eme. et Rme. Domine: Societas ad animun relaxandum destinata (vulgo Casino) quae non nisi ex sociorum expensis sustinetur, possidet bibliothecam eorumdem sumptibus comparatam, in qua permixtim cum aliis bonis innumeri prostant libri prohibiti et in Indice formaliter damnati; alii praeterea immorales; ephemeres quoque et Revistae impiae atque obscenae. Postremis, quindecim annis tentata sunt ab aliquibus ex sociis catholicis qui conscientiae stimulis agitabantur, media indubita imo etiam et furtiva, utpote unica juxta societatis leges possibilis ut designatio scilicet bibliothecarii nec non et aliorum officiorum, *commissionem directivam* appellatam constituentium, in hunc finem ut dispareret omnino hujusmodi prohibitorum librorum colluvies: sed adeo in casum ut nedum minuire, crescere potius notabiliter visa sint hisce quinque postremis annis invasio, scandalum et periculum. Etenim existentibus prohibitis libris addita sunt inter plura Kantii opera et Balzac et Zola, aliorumque simul cum foliis, periodicis et Revistis supradictis.

Cumque res ita procederent, adventante etiam tempore coetus generalis congregandi in quo his similibusque posset remedium adhiberi, nihil non est de novo tentatum á catholicis ut efficax aptumque adhiberetur remedium. His enim, qui coetui prostant, oblata est ab 80 ex sociis proprio nomine suscripta propositio sequens:

«Suscribentes ex sociis numerariis societatis iis qui praesunt, exponunt: Perspecta librorum formaliter ab Ecclesia prohibitorum

multitudine, qui animorum omnium aegritudine in Societatis bibliotheca prostant, ad iisdem praesulibus expectant media efficacia eo fine ut dispareant omnino hujusmodi prohibiti libri aliorumque ejusdem generis invasio interdicatorum.»

Huic propositioni in generali coetu haec alia apposita fuit «Non est deliberationi locus.» «No ha lugar á deliberar.» Haec autem postrema propositio non aliis fuit in discutiendo solitis argumentis roborata, nisi impugnationibus, et dictis contra superius transcriptam: dum tandem inter vociferationes maximas haec prolata sunt: 1.^o Spiritum hujus societatis semper fuisse spiritum maximae libertatis et observantiae maximae in omnes doctrinas: 2.^o Catholicorum propositionem seu conatus eo tendere, ut societas ad animum relaxandum destinata, in societatem religiosam vertatur: 3.^o Ecclesiam denique minime prohibere lectionem librorum sed ad summum designare rationalistarum errores, nimirum Ecclesiam in libris prohibendis non esse normam obligantem in conscientia, sed tantum esse normam indicativam seu directivam. Cumque nullus datus fuisset catholicis locus ad ipsorum propositionem tuendam, clamores inter et tumultus inconditos, ommissa suffragatione solita et a catholicis saepius expetita, per vim et nefas rejecta fuit ipsorum petitio, et imposita contrariorum propositio, scilicet. «Non est deliberationi locus.»

Eodem in coetu, et eodem spiritu ac contentione, iisdemque mediis impositae fuerunt alliae decisiones, quarum: 1.^a Ita modificat Societatis leges ut in posterum ad cuiusque libri separationem e bibliotheca exigatur omnino praesentia trium ex quatuor partibus *sociorum*: 2.^a Vero disponit ut in sociis admittendis seu potius agregandis suffragatio fiat per globulos nigros et albos, ita ut singulus niger globulos equivaleat quatuor albis.

Solutus est tandem coetus sed non prius quam a rejicientibus catholicorum propositionem maximae agerentur gratiae ei qui precat: cui observantiae cum respondere praeses testatus est se fideliter interpretari hujus societatis et coetus sensus apprecando ipsi societati eundem maximae libertatis spiritum.

Post coetus vero solutionem et ipso adhuc in vestibulo haec vox exaudita fuit: «Eja, sodales, ecce diabolus habitat (está en la sociedad...) in societate et speramus perpetuo habitaturum, si quis eo non est contentus, recedat.»

His perspectis et ponderatis, continuo viginti duo ex catholicis sociis petierunt ut ipsorum nomina delerentur ex societatis catalogo, sed non prius quam de hujusmodi sentiendi, loquendi, agendique ratione viriliter protestarentur. His autem 2^o accenserunt postea fere alii quadraginta, quorum nomina etiam deleta sunt.

Quae cum ita sint, sicut fideliter exposita jacent et etiam ponderata haec circumstantia quod hodie non existat alia societas ad animum simpliciter relaxandum, quamvis ex his controversiis exortum inter catholicis fuerit consilium erigendi seu creandi aliam societatem ad eundem finem, et cujus leges approbatae etiam ab auctoritate Episcopi; quaeritur.

Erit ne licitum catholico retinere in his adjunctis nomen in praedicta societate et solo recreationis titulo hujus societatis ludis seu relaxationibus interesse, et potissimum licet ne uti bibliotheca omnibus etiam adolescentibus si qui sunt aperta, et in qua omnibus etiam patent similiter libri prohibiti, ephemerides quoque et Revistae superius enumeratae, cooperando sumptibus ordinarie exactis in societate, qui 70 fr. adaequant et quibus, et societas, ut dictum est, sustinetur et bibliotheca comparatur?—Luis Chalyand.—Miguel G. Careaga —Prior Carmelitarum Ex calceatorum Begonniae, Bilbao.—Superior residentiae Societatis Jesu, Bilbao.—Richardus García.—Provincial Fr. Fr. M. M. Capuccinorum Castellae.—Fr. Ladislaus María a Rionegro.—Parochus Ecclesiae, Sti. Vincentii martyris ab Abando, Bilbao.—Dr. Benedictus a Villalain.

Sacr. Poenitentiaria, atentis et mature consideratis expositis, respondet:

Non licere.—Datum Romae in S. Poenitentiaria die 8 Aprilis 1898.—G. CARD., S. P. Reg.—A. CELLI S. P. Subs.—Responsum S. Poenitentiariae Aplicae.—Gratis.

Sagrada Congregación de Obispos y Regulares

Carta del Prefecto de esta congregación sobre los plazos de prescripción criminal en los delitos cometidos por eclesiásticos.

Con ser tan importante esta materia, por referirse nada menos que á la eficacia que pueda tener la acción criminal y las

leyes penales en los delitos cometidos por los clérigos, no aparecía en el derecho tan definida y exenta de dudas, que pudiera concretarse en conclusiones prácticas de aplicación ineludible, y sin temores de vulnerar de algún modo los principios de justicia. ¿Existe en el derecho canónico un plazo en prescripción para los delitos? ¿Es posible en algún caso, excepcionar contra una acción criminal la circunstancia de la prescripción?

Es indudable, que como la prescripción es modo de adquirir, la propiedad es modo también de perderla; que las acciones criminales taxativamente determinadas en el derecho penal civil, llega un momento en que pierde su eficacia cuando ha trascurrido un tiempo ó plazo más ó menos largo, fijado por el legislador, según un prudente cálculo en que entra, por una parte, la gravedad del delito, y, por la otra, el grado de alarma que en el orden social produce, según su específica naturaleza. Por esto, han tenido buen cuidado los legisladores de los distintos países civilizados, de tratar materia tan interesante en sus respectivas Leyes penales, buscando siempre, por un lado, que no hubiese delito sin su condigno castigo, y, por otro, que no fuera la pena especie de maléfica sombra, que no dejara al delincuente de perseguirle en todos los instantes de su vida, y aunque ya en el seno de la sociedad se hubiera restablecido ese desorden que, naturalmente, produce el delito.

No existía desgraciadamente en el orden penal eclesiástico esa *determinación* concreta de los efectos de la prescripción. Y eco de esas dudas y vacilaciones fué el Illmo. Sr. Obispo de Lublín que en 14 de Junio de 1894, remitió á la Sagrada Congregación del Concilio una carta, exponiendo razonadamente aquellas dudas, carta que ha sido contestada recientemente por la de Obispos y Regulares, y que como procedente de ésta conviene publicar, para apreciar mejor su alcance, de una parte, y para ver después las atinadas observaciones que en el *folio* correspondiente hizo el Secretario de la indicada Congregación del Concilio.

Hé aquí el texto de la consulta del Ordinario de Lublín:

«In causis criminalibus clericorum, quae in Curia episcopali Lublinensi, sive ex officio sive ad instantiam privati accusatoris ventilantur, non raro quaestio praescriptionis delictorum

carnis dirimenda obtingit. At nullam videtur hac in re canonicam extare regulam, quae legis ecclesiasticae universalis vim habeat. Doctores vero tum vetustiores tum moderni, hac in quaestione explicanda vel maxime secum dissilunt. Eum vero alii quorum in numero eminent An. Reinfenstuel (Ius can. un. II, tit. 26, n. 79), L. Ferraris, (Bibl. v. usucapio), legem romanam secuti actionem adulterii, aliorumque similium peccatorum carnis, post elapsum quinquenium extinguere contendunt; contra vero Prosper Farinaccius (Praxis q. 13 n. 25), omnem delictuosam actionem post triennium periri asserit; Carolus de-mum Pellegrini (Praxis Vicar: p. IV, s. III, n. 50 et s. 10, n. 24) viginti annorum praescriptione hujusmodi delicta sopiri docet.

»Altera ex parte graves non desunt auctores qui contrarium prorsus teneant, quique legem civilem romanam de quinquenali praescriptione delictorum carnis in causis ex officio seu ad vindictam publicam adversus clericos motis, ab Ecclesia minime receptam esse, imo vero contrariam et generalem in tribunalibus ecclesiasticis invaluisse, consuetudinem testentur et quidem; Fr. Schmaltzgrueber (Ius eccl. univ. V, p. 1.) ex recentioribus vero Bouix (De jud. p. II, sect. III) Craisson (Manuale IV, n. 5.810) Maupied (Ius. can. comp. V. l. XIII). His etiam consonant canonistae romani, De Angelis-Gentili (Praelec. t. IV, p. 263) qui asserunt actionem vel accusationem adulteri, praescribi nisi iudex ex officio procedat.»

Señala después el docto Prelado los inconvenientes que resultan de esta incertidumbre, y termina exponiendo los siguientes *dubia*: «I. An delicta carnis a clericis commissa aliqua praescriptione extinguantur, ita ut certo temporis spatio interjecto, in ea amplius neque inquiri neque reos poena affici sive ad instantiam privati accusatoris sive ad vindictam publicam seu ex officio fas sit.—Et si affirmative: II. Quinam annorum numerus requiratur ad hanc praescriptionem inducendam.»

El Secretario de esta Congregación del Concilio, que comprendió sin duda alguna la gran importancia que aquellas preguntas encerraban, creyó conveniente formular las siguientes observaciones, para que los Emms Cardenales que componen aquella Congregación, pudieran dar su resolución con pleno conocimiento del asunto.

1.^a Es preciso examinar antes el derecho romano, ya que en defecto de disposiciones especiales, acepta el derecho canónico las de aquél, según el cap. 1.^o «*de novi operis nuntiatione.*» El derecho canónico no tiene regla alguna general sobre la prescripción de las acciones criminales. Los tratadistas, entre otros Ferraris, exige el espacio de veinte años para la prescripción de ciertos delitos y cinco años para el adulterio, á no ser que vaya acompañado de estupro ó incesto. No hay que olvidar además, que los delitos son unas veces transitorios y otras sucesivos, y que el tiempo para la prescripción comienza desde el día en que cesa el delito.

2.^a Conviene conocer bien el alcance de la acción penal que cae bajo la competencia de la Iglesia. (Conf. Cavagnis.)—No deben nunca confundirse los sistemas penales civiles con el eclesiástico, desde el momento que éste se propone siempre algo más elevado que la mera tranquilidad de los ciudadanos.

3.^a Es indispensable distinguir entre la *instancia* y la *acción*. La instancia en derecho romano, venía á quedar sin efecto por el lapso de dos años desde su presentación. Pero esta doctrina romana es combatida por los canonistas, que sostienen la perpetuidad de la instancia criminal canónica, no obstante lo decretado por el Concilio de Trento en el cap. 20, sesión 24 de ref., puesto que lo que se propuso el Santo Concilio, fué activar la tramitación y resolución de las causas, nunca dejar sin efecto la *instancia*.

4.^a Los principios canónicos no someten á prescripción alguna la acción criminal propiamente dicha. El derecho eclesiástico, efectivamente, no admite otra prescripción que la que se apoye en la buena fe; rechaza aquella que pueda ser perjudicial á la disciplina eclesiástica, y considera como permanentes los delitos que no han sufrido el condigno castigo; siendo esto tan cierto, que hasta el mismo derecho romano había determinado que no se admitiera ningún género de prescripciones contra el crimen de apostasía. (Cod. tit. 7. De apost.)

6.^a Hay casos para los que el derecho eclesiástico tiene preceptos concretos. En el crimen de sollicitación, por ejemplo, los fieles sollicitados están siempre obligados á denunciar.

7.^a No puede decirse que haya declaraciones expresas de las

Congregaciones Romanas. En dos de aquéllas solamente hay alguna indicación. Es la primera de 20 de Junio de 1831, y versa sobre un crimen antiguo, pero si atentamente se la examina, al dejar sin efecto la acción criminal, lo hace más bien por falta de prueba que porque exista la prescripción. La segunda es de 7 de Mayo de 1830. En ella se habla de la prescripción quincenal, pero en tal forma lo hace, que deja subsistentes muchas dudas.

8.^a Se podría admitir la prescripción, no contra la acción criminal, sino contra la pena que no haya sido cumplida »

Hasta aquí las observaciones del *folio*.

La Congregación del Concilio se abstuvo de juzgar, y transmitió el asunto á la de Obispos y Regulares quizá porque en el folio se habían citado dos resoluciones de esta última, y quizá también por ser la misma quien dió en 1880 el conocido procedimiento para las causas criminales de clérigos.

La deliberación ha debido ser madura y reflexiva, cuando tanto tiempo se ha tardado en resolver acerca de las consultas del Prelado de Lublín.

Hé aquí la respuesta, que realmente por su claridad y concesión, viene á dejar satisfechas todas las dudas que pudieran existir en punto de tanta importancia.

Illustrissime et Rme. Domini uti Frater

Littere Amplitudinis Tuae die 16 Junii 1894 datae ad obtinendam authenticam solutionem nonnullorum dubiorum circa praescriptionem delictorum carnis in causis criminalibus Clericorum, remissae fuerant ad hanc Sacram Congregationem Negotiis et Consultationibus Episcoporum et regularium praepositam, ad hoc, ut ea, qua ipsa pollet, competentia in re criminali Clericorum, quid in proposita quaestione sentiendum decerneret. Omnibus sedulo perpensis, Emi. Patres in Comitibus habitis die 4 Martii 1898 haec retinenda censuerunt: traslatitii scilicet juris esse, in causis criminalibus ecclesiasticis locum habere praescriptionem, et quidem nedum quando iudex procedit ad instantiam privati accusatoris, sed et quando ad vindictam publicam seu ex officio inquirit; hujus vero praescriptionis eum proprium effectum esse *ut solam perimat actionem poenalem*, siquidem per accusatum seu inquisitum aut per ejus procuratorem expresse de praescriptione in judicio oppositum fuerit.

Exinde facile est deprehendere, integrum tum accusandi tum inquirendi jus manere usquedum expresse non opponatur praescriptio, et omnino tenere iudicium si eadem opposita minime fuerit.

Quod si in iudicium praescriptio deducta fuerit et legitima recognoscatur, tunc perimit quidem actionem criminalem, et non civilem, quae forte ex eodem delicto promanat; et hinc, non obstante praescriptione, reum manere obnoxium omnibus effectibus canonicis non criminalibus ex patrato delicto provientibus, manifesti juris est. Immo licet praescriptione actio poenalis extinguatur, non tamen tollitur exceptio, quae perpetuo manet, juxta juris effatum: «Temporalia ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum;» ideoque delictum illud, etsi praescriptum, potest reo semper opponi per modum exceptionis, eique obest, si ad ecclesiasticas provisiones concurrere vellet.

Quod autem spectat ad tempus necessarium ad dictam praescriptionem inducendam, regula generalis est, actionem injuriarum spatio unius anni; crimen peculatus et delicta carnis spatio quinque annorum; caetera vero crimina spatio viginti annorum; a die commissi delicti continuorum praescribi. Verumtamen si agitur de delictis quae successiva sunt et permanentia, in his nulla praescriptio locum habet nisi a die cessantis delicti; quemadmodum si delictum fuerit *totaliter* occultum, praescriptionem non a die commissi criminis, sed a die scientiae accusatoris vel inquisitoris currere placet.

Illud demum haud praetereundum est, quod criminibus raptus, stupri per vim illati, et adulterii cum incestu conjuncti, nonnisi lapsu viginti annorum praescribatur; criminibus vero suppositi partus, parricidii, assassinii, laesae majestatis, duelli, falsae monetae, apostatatus, haeresis, simoniae, concussionis, abortus et sodomiae, nullo unquam tempore praescribatur, sed perpetuo horum criminum rei, dum vivunt, accusari et inquirei possunt.

Quibus omnibus SSmo. Domino Nostro relatis, in audientia habita ab infrascripto Cardinali Praefecto die 21 Martii an. 1898, Sanctitas Sua sententiam Eminentissimorum Patrum approbare dignata est.

Haec significanda habui Amplitudini Tuae, cui, fausta et prospera omnia a Deo adprecor.

Romae die 22 Martii 1898.—SERAPH. CARD. VANNUTELLI,
Praef.—L. † S.—A. TROMBETTA, *Secret.*